Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



bum & uestimentum quia cibus aut uestimen
tum ad abundantiam pertinet. uictus autem & ues
titus idem cibus modicus & strictus & uix sufficiens. ues
titus autem breuis & tenuis siue succinctus quo potest
tantum nuditas & frigus arceri. quia ipse apostolus in fa
me & siti & frigore seruiebat domino die ac nocte. Lege
beatum iob qui dixit. Nudus exiui de utero matris
mee. nudum me oportet ire in terram. Hec sunt mys
teria circumcisionis xpi. hec sunt mandata eius. quibus
precepit quicquid superfluo cordi nostro siue animo ir
repserit abscidi a nobis & circumcidi. Ob id enim cir
cumciosionem accepit xpc quoniam omnia quecumque docuit
dominus. hec & opere impleuit. sicut scriptum est de eo
que cepit ihesus facere & docere. Et ut impleti sunt
dies octo ut circumcideretur puer ihesus & addu
ceretur in templum & purificaretur. & offerretur pro illo
sacrificium secundum quod scriptum est in lege domini. Lex domini
erat ritus sacrificiorum & sabbata. & decimas sacer
dotibus dare. & circumcisionem facere. & omnia que
cumque acceperunt iudei ex lege moysi omnia in
perfecta erant & consumantes ea seruare non pote
rant. Transierunt iam omnia que nunc perfecta sunt
sicut scriptum est. Misit deus filium suum in similitu
dinem carnis peccati & de peccato dampnauit
peccatum in carne ut iustificatio legis implere